abstulit, quam a ~~1204~~ MCCIIII. usque nunc tenuerant. // Gibellini
quoque de Tuscia pulsi, mediante Octobono cardinali,
Manfredo sotiantur. Sivana quoque civitas et Senenses
cum eo tenebant.

XI. ~~II~~ pars. De mira vexatione tyrampnorum
in Ytalia et devota contritione populi christiani

Tortuosi autem serpentis (Eçelini malitia) nec ad presens
tum sopitur, quin diversas mundi partes ad scandala
excitet, ut provocet contra ecclesiam principes christianos.
Unde ad regem Ungarie nuntios mittit pro eius ami-
citia optinenda. Nunc inter principes Alemanie seminat
iurgia, nunc regi Castelle regnum promittit Ytalie. r/g.
Cor enim illius impii hominis quasi mare fervebat,
nec quicquam actum putat, cum adverteret malum
aliquod superesse agendum. // Dum autem Lombardia et
Marchia ~~tantis~~ Tricisima tantis malis premitur, ex
altera parte Ytalie Manfredus in regno Apulie Tyranni-
çat, nec dubium propter peccata populi. Mortuo enim
papa Alexandro ~~1260~~ MCCLX° VIII°, [?] Kalen. Iunii aput Viterbium,
in sequenti Septembri Manfredus mittit magnam mili-
tiam Teotonicorum in Tusciam aput Senas. Contra
quos iverunt Florentini et Lucani et victi fuerunt. Atque Florentini ktg a.k
ex tunc Manfredus prevaluit in Tuscia et illuc
semper mittebat vicarium. // Floruit tunc in iure ca-
nonico Bartholomeus Brixiensis, qui ad glosam Ioh. glo
super decretum addidit fecitque casus super . ca. de- dus
cretorum. Floruit etiam dominus Henricus episcopus p.
Hostiensis, qui fecit copiosam et apparatum super de-
cretales.

XII. ~~II~~ pars. De mira conversione populorum ad Deum
et morte Eçelini

In tanto Ytalie turbine accidit cunctis pene populis b) penē c
magna velut mare contritio et compunctio a seculis
inaudita. Et primo quidem tetigit Perusinos, deinde Ro- gnt
manos, consequenter Ytalie civitates et castra, indeque
transivit ad exteras ~~re~~ nationes. Nobiles enim popularibus
sotiati, in quacumque etate existerent, nudi per plateas
civitatis et vicos processionaliter incedebant se dire
corrigiis flagellantes sequendo crucis vexillum et piis
lacrimis misericordiam interpellando Altissimi, regine gnt